

In nomine domini amen. Actus humani labiles solent, ut stent stabiles, scripturarum testimoniis perhennari. Propter quod nos Fridricus dei gracia Thuringie lantgravius Mysznensis Orientalis et in Landisperg marchio comes in Orlamunde dominusque terre Plizsnensis ad universorum — deducimus nocionem, quod — piis strennui fidelis
 5 nostri Reinhardi de Honsberge^{a)} id ex disposicione fratris sui Fridrici militis pie memorie testamentaria affectantis piissime precibus inclinati quinque mansos in villa Hillenbrandisdorf^{b)} sitos per eundem Reynhardum et heredes Friderici predicti possessos resignacione libera per eosdem primitus^{c)} nobis facta cum omni jure utilitate et proventibus, prout ipsi possiderant, hospitali in Friberg in honorem beati Johannis ewangeliste dotato ob ipsius
 10 gloriam sempiternam dedimus contulimus^{d)} appropriavimus et nichilominus vigore presencium damus conferimus et appropriamus habendos tenendos et ab ipso hospitali proprietatis tytulo perpetuo possidendos. In cujus rei testimonium presentes scribi jussimus et sigilli principatus nostri munimine solidanter roborari. Datum Gotha anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, sabbato proximo post Walpurgis, presenti-
 15 bus et testibus honorabilibus strennui et discretis Conrado abbate Cellensi, Lutolfo de Ebeleiben, Alberno de Maltitz, Th[coderico] de Schonenberge, Cristano de Witzeleiben curie nostre judice militibus, Henrico de Loucha^{e)}, Thomasino montanorum nostrorum^{f)} urburario, Th[coderico] de Limpach nostro prothonotario aliisque pluribus fide dignis.

96.

20 *Bürgermeister und geschworne Rathmannen urkunden, daß sie als Provisoren des Hospitales die Lehnrechte über einen von Alters her demselben zustehenden Hof mit zwei Hufen Acker zu Tutendorf dem Reinhard und Theoderich von Honsberg tauschweise für ihre Lehnrechte über fünf Hufen zu Hilbersdorf überlassen haben.*
 1351 Juli 26.

Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das wohlerhaltene S. (Fig. 2) am Pergamentstreifen.

25 Nos Johannes Deynhardi magister consulum, Johannes Hogeri, Johannes de Erlwinstorf, Johannes Heynchin, Loze Linke, | Conradus Woluerami, Her. Cratinphul, Nicolaus Hartusche, Sylo Gerhardi, Nicolaus Loseman, Petermannus de | Mulda, Wikardus Burneri junior consules et jurati in Friberg ad singulorum et omnium quorum
 30 interest seu | interesse poterit in futurum deducimus perpetuam nocionem, quod honorum et utilitatum hospitalis sancti Johannis ewangeliste extra muros nostre civitatis siti, cujus provisores existimus, intendere cupientes incremento deliberacione provida atque maturo consilio perusi jura feodalia super curia et duobus mansis agrorum in villa Tutendorf sitis, quos Ny. dictus Heynrichstorf possidet, que ad jam dictum hospitale ab antiquis temporibus pertinebant, pro juribus feodalibus quinque mansorum in villa Hyldebrandisdorf jacencium, que a Reynhardo et Theoderico de Honsperge strennui actenus dependebant, fecimus commutari, taliter quod ante dicti . . de Honsperge Reynh[ardus] et

95. a) Honspergo B. b) Hildebrandisdorf B. c) primitus fehlt B. d) contulimus desgl. e) Locha B. f) montanorum nostrorum fehlt B. Andere Kürzungen im Eingange und Schlusse sind unwesentlich.